

legantur, quam si huc transscribantur. Ad ea autem nunc respondet Apollonius. Alter locus aequè corruptus est p. 279. 6, 6. Paris., 6, 11. p. 247. Olear., ξυιελέξατό τε τὰ εὐδουκίμωτάτα τῶν ἀναθημάτων εἰς τὴν πειθῶ κόσμῳ ἕνεκα. Quid ibi interpretis? nihil; imo pessime omnia; solens, videlicet suo more facit: *Postmodum, inquit, pretiosissima dona ornamentis causa ad leporem congregavit.* Itaque πειθῶ leporem, ac gratiam, significabit posthac, si huic homini fides. Pro πειθῶ legendum Πυθῶ, vertendumque, *Pretiosissimaque donaria Pythoni intulit, vel apud Pythonem congeffit, ornamentis gratia.* Tertius locus, 6, 11. p. 247. f. Olear., est non minus corruptus, ἔ γάρ δὴ τὸν χρυσὸν τὸν Λυδίων καλλώπισμα τῆς Πειθῆς ἤγειτο. Vides, referri isthaec ad lateres aureos, signa etc., quae a Croeso, Lydorum rege, olim apud Pythonem per legatos Apollini dicata fuerunt. Herodot. et quis non? Lege itaque, τῆς Πυθῆς.

Ibid. v. 27. Λυγδίνῳ] Marmoreum quidem, sed candens, intellige. Πάριος δὲ λίθος, ὁ καλῶμενος Λυγδίνος, inquit Icho-liastes Pindari ad Nemeonn. 4, 131. Itaque Lygdinus lapis, et Parius, idem fuerit.

Ibid. v. 28. Χάριτες] Emenda Aristidem rhetorem Vol. p. 151., Καὶ καταδείξαι τὰς Χάριτας εἶναι τὴν φύσιν. Lege οἴας τὴν φύσιν.

Ibid. v. 29. Στόλισον] Stola proprie mulierum est, idque apud Latinos. nam Graeci non ita usurpant, ut ex Herodoto constat p. 33. edit Marn. ἰππάδα σολήν, et ex Xenophonte p. 85. edit. Leoclaui., polit. Laced. 11, 3., σολήν φοινικίδα, de veste militum Spartanorum. Romae etiam mares stola utebantur, sed domi. M. Antoninus p. 6. edit. Lugd.: sed ibi stola fortasse tunica est.

Ibid. v. 34. Τάχα, κηρῆ, καὶ λαλήσεις] Vulgus nostrum diceret, Il n'y manque que la parole.

Ode XXVIII. v. 2. ἑταῖρον] Ita accipit ἑταῖρον, ut omnes ἑταίρων. Amicus enim certe hoc loco concubinus est.

Ibid. v. 5. ἠλιώσας] Proprie splendentes. Eunapius, αἱ κόμαι μελάντεραί τε, καὶ ἠλιῶσαι, κατέχυντο, p. 29. ex edit. Pauli Stephani. ita etiam Plantiniana.

*Ibid. v. 18. Ῥοδινὴν δ', ὅποια μῆλον, χνοῖην ποίει παρσιήν.] Henr. Stephanus ita conuertit, *Roseum sit, ut pomum, La-*
μιγι-*